



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius  
Coloniae Agrippinae, 1633**

Notatio ad Caput Vndecimum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

altari beati Petri exiguitati meæ humiliter satis iniungere dignatus est, ut quæ ab eo insigniter gesta sunt, & miracula quæ per eum Dominus A operatur, ad posteriorum notitiam scripto transmitterem. Cumque me excusarem, & dicerem, mihi id non licere, Priori meo, qui prælens erat, præcepit, ut me cogeret obedire: quod & fecit. Itaque cum multis in sua dicecessi habeat viros sapientes & eloquentes, vtpote Theologos, Rhetores & Philosophos, qui beati antecessoris eius vitam, martyrium & miracula eleganti stylo scribere, & floribus Rheticis ornare possent, si materia laude digna, sermone in culto à me tractata fuerit & explicata, non mihi, quem cogit obedientia, sed illi potius, qui iniunxit, imputandum est.

B

### Notatio ad Caput Undecimum.

§. Destructa inquit msc. turri Valentia turris contra faciem Damasci erecta est Coloniæ à Prioribus;

**P**er electionem scilicet noui Præsulis, quam Priors mateturarunt, ut sua à ciuibus & Walramo defenserent priuilegia, quæ D. ENGBERTVS in commune consulturus dederat; vel vti msc. ab eis extorserat, quo verbo cum insinuentur Walramo & ciuibus inuitis priuilegia concessa, fuit quod ipsis timerent. Sed & verbo eodem exprimitur S A N C T I N O S T R I seuerior zelus in acquirenda promouendaque Clerilibertate; designationem igitur noui Principis successoris accelerarunt.


D

Henricus à  
Molen-  
arck Ar-  
chiepisco-  
pus Colo-  
niensis.

Electus autem est Henricus Præpositus Bonnensis & secundus Archidiaconus Colonensis de Thombergi & Molenarckæ Dynastarum seu Comitum prosapia; Comitem enim appellat Hermannum de Molenarck: *Reinaldus electus Colonensis Imperatorie Maiestatis Legatus in instrumento emptionis quorundam bonorum in VVestphalia sitorum anno 1161. & diploma in tabulario S. Ursulæ asseruatum, quo Archiepi-*

Achiepiscopus Philippus sub annum 1171. Molendinum ac bona in Emnichouen dono transtulit, tum etiam illud, quo sub annū 1172. syluam in Mherne Collegio Visulano liberaliter concessit.

B Castrum Molenarck in Ducatu Iuliacensi nunc à Nobili familia Mecternich tenetur. Etymologiam illius conjectatus Molensem arcem dixeris: Molenses enim quondam, indicibus vetustis Monasterii Gladbacensis schedulis, vocabantur Iuliacenses. Wilhelmus Salsmannus vocabulum Molenaerck deriuat ab Arca & Mola: Sic enim habet in metrica Agrippinensium præsulum enumeratione:



Molen-  
arck caſtrū.  
vide Go. I.  
Monachum  
anno 1234.

Etymolo-  
gia & in-  
ſignia Mo-  
lenarck.

Heu ENGELBERTVM rapuit cognata Ty-  
rannis,

DIVVS iustitiae est factus amore pio,  
D Cui genus ARCA MOLÆ nomenque, HEN-  
RICVS inultam

Haud ENGELBERTI sustinet esse necem.



Gentilitio Molenarckiorum signo suberant duæ trabes bicoloribus distinctæ tessellis. In literis instituti per Godefridum de Thomberg militem Anno 1238. Monasterij

X

Svvein-

**Henricus  
Archie-  
piscopus  
vir doctus.**

Svveinheimēsis, Hēricus fratrē suū appellat Fridericū. Hēri-  
co verò in Gallica & Latina lingua præter vulgarē suā quā cū  
materno imbibera lacte quis facūdior? Iuriū erat perquā pe-  
ritus. A pluribus persēpe calumniatoribus in inuidiā vocatus,  
per delegatos Apostolicos censuris fuit irretitus, quin & ipse  
summus Pontifex Gregorius Nonus in eum inquisiuit, veū  
calumnias omnium, etiā affectā adulterij maculam, dexterri-  
mē eluit. Sibergensis quoque aduocatia seu patrocinium gra-  
uem illi Montensium Comitum concitauit discordiam. ■  
Priuilegium pro immunitate Ecclesiastica Anno 1236. ab  
Henrico coneessum alias in publicum prodibit; Quo feruo-  
re plerosque antecessoris sui necatores vltioni mactauerit,  
Cæsarius nominatim & abundè prosequitur. Omissum verò  
Ottonem Teckelenburgum ex archæo Metropolitanā te-  
petemus, cuius in Archiepil-  
copi Coloniensis diplomate fit  
mentio, quo castrum Tecklen-  
burg cum quatuor villis Linen,  
Brutterbecke, Linge, Millinck-  
husen &c. tanquam fundus  
clientelaris (quod feudum dici-  
tur) ob illius cum Isenburgico  
conspiracyem commissus &  
publicatus, partim diœcesi Co-  
loniensi, partim ex liberalitate  
ipsius Archiepiscopi Coloni-  
ensis consentiente Capitulo  
Episcopatui Osnaburgensi tā-  
quam vicinæ cedere perhibe-  
Diploma tur: ita enim narrat diploma.  
de Ottone Henricus Dei Gratia Sanctæ Co-  
Tecklen- lioniensis Ecclesiæ Archiepiscopus,  
burgico. cæteriq; Ecclesiæ Colonensis Prio-



res;

**A** res; omnibus præsens scriptum intuentibus salutem in verò salutari. Mutia ob-  
Licer Coloniensis Ecclesia, Osnaburgensi ratione Metropolis, ad ne- ligatio Co-  
cessitatum subleuationem quodam modo teneatur: tamen quia spe- loniensis &  
cialem seruitiorum exhibitionem & fidelitatem mater in filia adinie- Osnabur-  
nit, specialiter se sibi secundum formam infrascriptam obligare decre- genfis Ec-  
uit. Quamobrem tam præsentibus quam futuris notum esse volu- cleiarum.  
mus, consensu communī, utriusque Ecclesiæ prædictæ, tam Cleri quam  
Laicorum sic esse firmatum: ut quælibet earum ad mutuam vicissitudi-  
nem consilij & auxilij alteri perpetuò sit astricta, vnaquæque iniurias  
alterius ad inuicem propulsando, violentiis pro posse & viribus cum  
**B** effetu resistendo.


Castrum vero Tecklenburg cum quatuor curtibus, vide  
licet: Liden, Brutterbecke, Linge, Millinghusen, quæ Otto  
comes Tecklenburgensis propter conspirationem necis  
facinorosæ D. ENGELBERTI piæ memoriae Coloniensis  
Archiepiscopi demeruit, Colonensis Ecclesia tanquam feo-  
da sibi de iure vacantia, cum aliis feodis suis resumit, sed sunt bona  
quatuer mansiones ad quatuer Castellanos instituendos in eodem ca-  
**C** stro, Osnaburgensi Ecclesiæ titulo donationis relinquunt: Proprietates Archiepi-  
hæreditarias & omnes ministeriales quondam Comiti Teckelenbur- scopo Co-  
gensi attinentes, præfatæ Ecclesiæ qualiter inter se diuident, vnaquæ- loniæ cō-  
que alteri in sua portione obtinenda auxilium & consilium ad inui- ferenda.  
cem præstanto. Si de villa Linge cipitas fuerit constructa, medietas  
omnium prouentuum siue in Telonio, siue in moneta, siue in iudicio Quo mer-  
consistat, Osnaburgensi Ecclesiæ cedet. Si verò in statu, in quo est, per- ces seu te-  
stiterit, nihilominus medietas cum omnibus prouentibus, ut supra di- ditus ex ci-  
etum est, cedet, exceptis his quæ curiæ Linge pertinere noscuntur, uitate Lin-  
quæ curiæ ipsa curia specialiter ad Coloniensem referuntur Ecclesiam, gensi per-  
**D** diuisione autem ministerialium facta, si quis ex his ab una parte mi- cepti per-  
nisteriale, alterius partis traduxerit in vxorem, ad vinculum initii fœ- tineant.

deris & amicitiæ inter præfatas Ecclesiæ fortius consolidandum, vxor  
fine aliqua commutatione liberè virum sequatur, ministeriales prædi-  
ctæ conditione qua sub Ottone quondam Domino eorum gaude-  
bant, si ipsam conditionib[us] Ecclesiarum præelegerint, gaudebunt;  
Si autem conditionib[us] Ecclesiarum gaudebunt: Ex parte utriusque  
Ecclesiæ sex ministeriales præficiuntur, qui inter utriusque Ecclesiæ

ministeriales decident, si quid inter ipsos emerget quæstionis. Si autem per ipsos decidi non poterit, ad ipsorum superiores, scilicet Archiepiscopum & Episcopum quæstio deferatur decidenda. Expugnatione castri Teckelenborg facta, infra spaciū sex septimanarum prædiēti Archiepiscopi & Episcopi, ad diuisionem hæreditariæ proprietatis & ministerialium de quibus supra dictum est proportionandam conse-  
debunt, & diuisione distincta uter eorum præeligat forte dirimetur, Osnaburgensis Ecclesia feoda, quæ Comes Otto quondam ab ipso te-  
nuit tanquam de iure vacantia resumat. Atque ut hæc suprascripta con-  
fœderatio perpetuò valitura rata & inconuulsa permaneat, sigillo-  
rum nostrorum appenditiis ipsam duximus roborandum. Præsentis  
confœderationi interfuerunt, Conradus Maior Præpositus & Archidiaconus, Henricus Præpositus S. Seuerini, Bruno Præpositus S. Cuni-  
berti, Gerardus Præpositus Sanctorum Apostolorum, Henricus Præ-  
positus S. Georgij, Arnoldus Decanus ibidem, Decanus Sanctorum  
Apostolorum, Lupertus S. Marie ad gradus. Albertus Subdecanus  
Maioris Ecclesie, Abbas S. Panthaleonis. Interfuerunt etiam Laici  
Hermannus de Mullenarcke, Theodericus de Roisovve, Hermannus  
de Aluetere Marschalcus, Theode-  
ricus Dapifer de Monickhusen,  
Franco Pincerna, Gerardus filius  
Aduocati Colonensis, Godefridus  
de Bachem Camerari, Wilhelmus  
Sildenck, Goswinus filius Mar-  
schalci, Richwinus Marschalcus, &  
alij quam plures tam Clerici quam  
Laici. Acta sunt hæc, anno 1227.  
mense Augusti.

Lippiensis  
comes.

Huic subtexam aliud ex msc.  
quodam codice, in quo consti-  
tuta etiam Lippiensi Comiti  
pœna ob illatā S. ENGELBER-  
TO necem proponitur: aliquique  
conspirati scelerisq; consortes  
enumeratatur. Integrum autem  
refero, quia & S. ENGELBERTI  
vitam



A vitam, & vitæ simul catastrophen enarrat: ita enim loquitur.

ENGBERTVS de Altena comitis Montensis primi ENGBERTI filius, Coloniensis Ecclesiæ creator Archiepiscopus Anno Domini M.CC.XV. Ipse Fridericum secundum Imperatorem elegit, & coronauit Aquisgrani, qui & filium eius Henricum sibi commendauit. Imperij quoque Vicarium \* vltra Alpes instituit cumque status Ecclesiastici reformationi toto conamine insisteret, iuraque Ecclesiæ aduersus Principes & Nobiles quoscunque defensaret, à Nepote suo Friderico Comite de Isenburg, multis confossum vulneribus glorioſe coronatur Martyrio, eo quod ipsum excommunicauerat, quia Essendiensis

B bona Monasterij violenter rapiens detineret, neque restituere vellet, Anno 1225. Tali inquam mortis genere peritum prædixit ENGBERTVM Præsulēm Conradus Portuensis Cardinalis, dum in Germania Legationis officio fungeretur, cuius quidem facinoris consej & conspiratores Theodericus Monasteriensis & Bruno Osnaburgensis Episcopi, Friderici fratres, quos Honorius Papa dignitatibus priuatos perpetuo damnauit exilio. Fridericus vero sceleris patrator velut Cain

profligus in terra existens, cum ad Henricum Ducem Limburgensem confugere vellet, à Baldewino Comite de Gennep, interceptus Ge-

C rardo Geldriæ Comiti Auunculo ENGBERTI Præsulis destinatur. Quem cum Coloniam perduxisset exiit portam S. Seuerini rotatus ad instar latronis in columna lapidea præalta exaltatus fuit: quemadmodum mater eius dum adhuc ipsum in utero gestaret præuiderat; Dehinc Henricus de Molenark ENGBERTI in Præsulatu successor, & mortis seuerissimus vindex ope Henrici Ducis Brabantæ, Gerardi Geldriæ, Theoderici Cliviæ, Gerardi Iuliæ, & Adolphi Marchiæ Comitum, castra Friderici occisoris munitissimæ Isenburg & Nevvenburg

D solo æquauit. Inde Comites de Lippia & Tecklenburg. Friderici cooperatores & conspiratores in necem præsulis, in uadens, exultis illorum villis & nemoribus præcisis, castrisq; Tecklen-aliquibus captis & dirutis patria pepulit, qui tamen de post burg, arc-Henrico Antifliti reconciliati duo extruere Monasteria pro bus qui-miserunt.

Sederat autem in Episcopatu SANCTVS ENGBERTVS annis de- rutis, alijs cem Episcopale onus in propria persona perficiens: Cum enim Eccle- exuti in siam.....consecrasset Clericos & non milites secū ducens à Friderico exiliū pel- Nepote armato interfactus est.]

NB. esse erro-  
re quod Fri-  
dericū coro-  
narit.

\* Nobis est  
citra.


Fridericus  
Isenburgi-  
cus capitul

Castra I-  
senburg &  
Nevven-  
burg solo  
æquantur,

Comites  
de Lippa &  
Tecklen-  
burg, arc-  
bus qui-  
busdam di-

bus qui-  
busdam di-

Cluensis à Cluensem Comitem Theophilum huius facinoris suspicione obnoxium fuisse, sed exsceleris eximitur. purgasse se ex alio didici manuscripto codice: *Comes, inquit, Cliniæ qui hoc tempore regebat, apud Imperatorem suspectus ac insimulatus fuit, quasi Friderico ad hoc facinus perpetrandum consilium dedisset, aut etiam auxiliatus esset, ut fuerit etiam ad purgandum se ab Imperatore inuitatus, & cognita causa innocens declaratus &c.*



A

B

C

## Caput Duodecimum.

*De inimicitia ortis inter Henricum à Molenarck & Walramum  
Ducem & ciues Coloniensis.*

Archiepiscopus  
Henricus  
infensus  
est Walra-  
mo Duci.  
& ciibus  
Colon.

**C**VM in ea electione præsentes adessent Dux Walramus, & filius eius Henricus, in tantum commotus est Archiepiscopus electus, D ut feuda, quæ Walramus à beato Petro habebat, & quæ filius eius habiturus erat, porrigitere recusaret, idque ob supradicti castri destructionem. Ciubus etiam negauit gratiam suam ob priuilegiorum concremationem, & societatem cum Walramo initam, atque etiam ob alia quædam, de quibus omnibus non est huius temporis texere historiam.

Nota-